

« Recueil de divers titres et  
mémoires concernant les  
affaires des comtes de  
Carcassonne et vicomtes de  
Bésiers, des [...] »

. « Recueil de divers titres et mémoires concernant les affaires des comtes de Carcassonne et vicomtes de Bésiers, des comtes de Foix et vicomtes de Castelbon, des vicomtes de Béarn, de Bigorre, de Marsan et de Gavardan (Gabardan), des comtes de Rodez et d'Armagnac, des seigneurs d'Albret, des roys de Navarre, et celles de divers particuliers, qui ont possédé des terres dans les pais appartenans aux seigneurs susnommez, ou qui ont eu des alliances avec eux » (960-1612). VI Juin 1230-mars 1246.. 1601-1700.

**1/** Les contenus accessibles sur le site Gallica sont pour la plupart des reproductions numériques d'oeuvres tombées dans le domaine public provenant des collections de la BnF. Leur réutilisation s'inscrit dans le cadre de la loi n°78-753 du 17 juillet 1978 :

- La réutilisation non commerciale de ces contenus est libre et gratuite dans le respect de la législation en vigueur et notamment du maintien de la mention de source.
- La réutilisation commerciale de ces contenus est payante et fait l'objet d'une licence. Est entendue par réutilisation commerciale la revente de contenus sous forme de produits élaborés ou de fourniture de service.

[CLIQUER ICI POUR ACCÉDER AUX TARIFS ET À LA LICENCE](#)

**2/** Les contenus de Gallica sont la propriété de la BnF au sens de l'article L.2112-1 du code général de la propriété des personnes publiques.

**3/** Quelques contenus sont soumis à un régime de réutilisation particulier. Il s'agit :

- des reproductions de documents protégés par un droit d'auteur appartenant à un tiers. Ces documents ne peuvent être réutilisés, sauf dans le cadre de la copie privée, sans l'autorisation préalable du titulaire des droits.
- des reproductions de documents conservés dans les bibliothèques ou autres institutions partenaires. Ceux-ci sont signalés par la mention Source gallica.BnF.fr / Bibliothèque municipale de ... (ou autre partenaire). L'utilisateur est invité à s'informer auprès de ces bibliothèques de leurs conditions de réutilisation.

**4/** Gallica constitue une base de données, dont la BnF est le producteur, protégée au sens des articles L341-1 et suivants du code de la propriété intellectuelle.

**5/** Les présentes conditions d'utilisation des contenus de Gallica sont régies par la loi française. En cas de réutilisation prévue dans un autre pays, il appartient à chaque utilisateur de vérifier la conformité de son projet avec le droit de ce pays.

**6/** L'utilisateur s'engage à respecter les présentes conditions d'utilisation ainsi que la législation en vigueur, notamment en matière de propriété intellectuelle. En cas de non respect de ces dispositions, il est notamment passible d'une amende prévue par la loi du 17 juillet 1978.

**7/** Pour obtenir un document de Gallica en haute définition, contacter [utilisation.commerciale@bnf.fr](mailto:utilisation.commerciale@bnf.fr).

Donation faite par Archambaud de Lanat, fils de Hugues, a Hugues Comte de Rodés de tout le droit et action qu'il avoit au Chasteau Major de Sales, comtaux, et ville de Marcillac, Et en recompense ledit Comte luy donna les Chasteaux de Pierrebrune, Toeils, et Copiac avec reserve de l'hommage.

Du jour avant la feste saint Michel 1238.

Anno Domini millesimo ducentesimo trigesimo octavo mense septembri in crastinum Beati Michaelis. Notum sit omnibus hominibus, quod vobis Domine Hugo Dei Gratia Comes Ruthensis Ego Archambaudus de Lanato filius quondam Hugonis de Lanato, non coactus, non deceptus, nec in aliquo circumventus, sed mera, et spontanea voluntate, et ex bene placito meo

ea causa transactionis, et compositionis factae Inter nos predictum Guilelmum de Barreria et perdoctorem Aldebertum Garini et perdoctorem Berengarium Centulli Senescallum Domini Comitis Tholosani in Ruthenensi Diocesi super quodam crimine homicidii, quod dicebatur a me perpetratum, et super alijs commissis, vel delictis, et super alijs causis in gratitudinis erga vos a me commissis et ob satisfactionem predictorum omissorum, seu malefactorum dono, et do, cedo et concedo salvo, gurgio et desamparo vobis Domine Hugo Dei Gratia Comes Ruthensis, et successoribus vestris in perpetuum irrevocabiliter totum ius quodcumque, et qualecumque habeo et habere debeo, vel visus sum habere, vel ad me pertinere, vel unquam ad me pertinuit in castro maiorj de Sal, et in hominibus, et in mandamento eiusdem castri. Item et in Villa de Marsillac, et in hominibus, et in mandamento eiusdem Villa

81  
villae donans vobis, et vestris liberam facultatem apprehendendi possessionem predictarum rerum, et libere possidendi, et me, et meos iam exuo et deinvestio, et vos, et vestros iam induo, et vestro promittentes vobis Domine Comes, et successoribus vestris per stipulationem sub obligatione omnium bonorum meorum et habitorum, et habendorum de euidione supradictorum, singulorum et uniuersorum, et quod vobis et successoribus vestris in perpetuum liceat habere, et tenere, et pacifice possidere ea omnia, quae ante hanc donationem solitus sum ibi habere, et tenere prout melius ea unquam habui et possedi, ita quod si aliquid de predicto Castro vel aliquid de mandato predicti castri, et si aliquid de predicta villa de Marsillac, vel de mandamento eiusdem villae, vel si aliquid de predictis in totum vel in parte euincetur, quod totum illud, et omne damnum et grauamen, quod indecens, vel vestri subiretis, vel sustineretis in

iudicio vel extra ius, quod totum illud  
vobis et vestris restituiam. Item pro-  
mitto vobis per stipulationem, et ves-  
tris sub obligatione omnium bonorum  
quod si aliqua persona aliquid de præ-  
dictis peteret, vel exigeret, vel euinceret,  
vel aliquid de prædictis petere, vel eui-  
ncere conaretur in totum vel in par-  
tem, vel iure aliquo, vel in aliqua par-  
ticula supradictorum, quod ad illud  
defendendum de iure me offeram, et  
quod illud per me, et per meos vobis  
et vestris et ad utilitatem vestram, et  
vestrorum in iudicio et extra ius ab  
omni persona in iure et de iure de-  
fendam. Item promitto vobis et ves-  
tris per stipulationem sub obligatio-  
ne omnium bonorum meorum per  
me, et per meos supradictam dona-  
tionem, vel alienationem a me fac-  
tam, et transactionem, vel composi-  
tionem supradictam, et alia omnia  
prædicta me, et meos semper, et in  
perpetuum ratam et firmam habe-  
re et tenere, et in aliquo de prædictis

me vel

me, vel meos contra non venire per  
nos, vel per aliquam interpositam  
personam vlllo loco vel tempore ali-  
qua iuris, vel facti subtilitate, vel ali-  
qua ratione, et quod nec dicit, nec feci,  
nec dicam, nec faciam per me vel per  
meos, vel per aliquam interpositam  
personam quominus prædicta valea-  
nt, vel aliquid de prædictis vel infu-  
turum valere possit, et si quo iure  
scripto vel non scripto, diuino vel hu-  
mano, legali vel canonico, confecto  
vel conficiendo in prædicta, vel aliquid  
de prædictis venire possent illi iuri,  
et omni penitus renuncio, et ad ma-  
iorem cautellam hæc omnia supra  
dicta, singula et vniuersa me sic tene-  
re, et contra non venire tactis a me  
sacro sanctis euangelis vobis iuro.  
Item nichilominus suppliciter flexis  
genibus veniam a vobis Domine co-  
mes, et a benignitate vestra humili-  
ter peto super prædicto crimine ho-  
miciidij, quod dicitur a me perpetra-  
tum, et super alijs homicidijs seu de-  
lictis

delictis, seu maleficiis, si quæ sunt alia,  
in quibus vobis deliqui, vel aliquid  
ingratum erga vos, vel contra vos Co-  
misi. Ad hæc ego ~~prædictus~~ <sup>prædictus</sup> Vgo Dei  
Gratia Comes Ruthensis ad postulatio-  
nem supplicem tui scilicet Arcambal-  
di, et amicorum tuorum, et ad præces  
quorundam plurium proborum hominum  
misericordia motus super prædicto delicto,  
seu crimine homicidij quod dicitur te  
perpetrasse, et super alijs ommissis, seu  
delictis seu maleficiis a te commissis, et  
super alijs causis ingratitude, quas  
tu Dominus Arcambaldus erga me,  
vel contra me commisisti, et ex causa  
transactionis supradictæ per supra-  
dictos viros de omnium consensu. Item  
nos factam prædictam donationem, et  
satisfactionem supradictam a te reci-  
pio, licet et alias omnia iura quacum-  
que habebas in prædicto Castro de  
Sal, et in mandamento eiusdem Cas-  
tri, et quidquid ~~in~~ <sup>in</sup> habebas in  
Villa de Marcillac, et in mandam-  
mento

mento eiusdem Villa omnia tibi  
essent commissa occasione supradictæ  
et maleficiorum a te commissorum.  
Item et ad præces et postulationes tuas  
scilicet Arcambaldi, et quamplurium  
proborum hominum et amicorum  
tuorum, et ex causa transactionis su-  
prædictæ, Ego — ~~prædictus~~ <sup>prædictus</sup> Vgo Dei  
Gratia Comes Ruthensis non coactus,  
nec in aliquo circumventus, sed de bene-  
placito meo, et misericordia motus do-  
no tibi Arcambaldo de panato in feu-  
dum, et iure feudi tibi et tuis in per-  
petuum dono, et cedo Castellum de Petra-  
brunia cum toto tenemento eiusdem  
Castri. Item et Castellum de focillis cum  
toto tenemento eiusdem Castri. Item et  
Castellum de Copiac cum toto tenemen-  
to eiusdem Castri prædicta vero Cas-  
trum et tenementa eorundem prout  
Ego in eo habeo et teneo, vel unquam  
melius habui, et tenui dono, trado tibi,  
et tuis in feudum, ita quod prædicta Cas-  
trum cum tenementis eorundem, et  
munitiones, et forcia, quæ nunc sunt

vel in futurum erunt de me et de meis  
in feudum, et iure feudi tenebitis et ad  
monitionem meam, vel meorum quæ  
documque te, vel tuos super his mo-  
nuerimus mihi vel meis, tu et tui  
reddatis, et quod prædictæ amonissio-  
ni tu, vel tui non supradictas vel non  
subtrahatis, et sic prædictis Castris, vel  
aliquo vel aliquibus ex prædictis Cas-  
tris, vel forciis mihi vel meis a te vel  
tuis redditis. Ego illud Castrum vel su-  
prædicta Castrum, vel forcias tibi et  
tuis reddere debeo sicut damno tuo,  
et sicut damno et grauamine Cas-  
trorum, vel alicuius de prædictis Cas-  
tris, vel forciis, et pro prædictis Cas-  
tris, et pro tenemento eorundem, tu  
et successores tui debetis mihi et suc-  
cessoribus meis facere homagium pro-  
ut in talibus fieri consuevit et sacra-  
mentum fidelitatis facere, vel præ-  
stare et adiuuare me et meos de  
placito et de guerra contra omnes  
homines et personas vel si hæc fa-  
cere tu vel tui nolletis, quod prædicta  
Castrum

Castrum, et alias forcias vel munitio-  
nes, quæ sunt mure, vel in futurum  
erunt in tenemento eorundem ad guer-  
ram, vel obguerram inde faciendam,  
vel ad placitum inde faciendam mihi vel  
meis tu vel tui reddere debeatis, quod præ-  
dictum Castrum, vel munitiones, vel for-  
cias post guerram finitam, vel post pla-  
citum finitum vobis et vestris per me et  
per meos reddere promitto sicut damno  
tuo vel tuorum, et sicut damno et gra-  
uamine prædictorum Castrorum, vel  
alicuius de prædictis Castris vel forciis,  
et hoc nisi illud damnum vel grauame-  
ntum ob infortunium guerra acciderit,  
vel accideret, quod deus auertat. Item et  
pro quolibet prædictorum Castrorum tu,  
et tui debetis mihi et meis facere alber-  
gum curuquinque militibus. Item et  
legam facere cum aliâ terrâ meâ  
ad hoc Ego vel mei monuerimus, et sic  
nichil amplius mihi vel meis tu vel  
tui facere debetis pro prædictis Castris,  
vel tenemento eorum nisi supradicta  
Item et <sup>pro</sup> supradictis Castris, et pro tene-  
mento eorundem Ego dictus Comes

pro me et pro meis promitto tibi Ar-  
cambaldo, et tuis de euictione per Sti-  
pulationem sub obligatione omnium  
bonorum meorum, et quod tibi et tuis  
prædicta Castrum, et mandamenta eo-  
rumdem, sicut ego in uero habeo, et teneo,  
et prout melius ea habui, tenui et pos-  
sedi, quod ea tibi et tuis liceat habere,  
et tenere et pacifice possidere, Ita quod  
si aliquid de prædictis in totum vel  
in partem a te vel a tuis euinceretur  
quod totum illud et omne damnum  
et grauamen quod inde tu, vel tui  
subiretis, vel sustineretis in iudicio vel  
extra ius, quod totum illud tibi et tuis  
restituam. Item promitto tibi per Sti-  
pulationem iuris sub obligatione om-  
nium bonorum meorum quod si ali-  
qua persona aliquid de prædictis pe-  
teret, vel exigeret, vel euinceret, vel  
aliquid de prædictis petere, vel euin-  
cere conaretur in totum vel in par-  
tem, vel in re aliqua, vel in aliqua  
particula supra dictorum, quod ad  
illud defendendum, vel ad illa defen-

—denda

denda me offerant, et quod illud vel  
illa per me et per meos, et tibi et tuis,  
et ad utilitatem tuam et tuorum in  
iudicio, et extra ius ab omni persona, vel  
personis defendam. verumtamen super  
euictione supra dictorum taliter volo  
tibi, et tuis teneri, scilicet si ab initio me,  
vel meos certificaueritis super petitione,  
quæ fieret de prædictis, ut ego vel mei  
possemus illud defendere per nos vel  
per te, vel et per tuos, vel et per alios pro-  
ut magis mihi vel meis placuerit. —  
Item dono tibi et tuis licentiam, et au-  
thoritatem apprehendendi possessio-  
nem omnium supra dictorum, et libere  
possidendi, ut ea deinceps de me et de meis  
teneatis in perpetuum in feudum, et  
iure feudi sicut supra dictum est. Item  
promitto tibi et tuis per stipulationem  
quod occasione supra dicti homicidii et  
aliorum delictorum et quod per alias  
causas ingratitude quas erga me  
vel contra me usque nunc commisisti  
dummodo a futuris caveas in futurum  
ne me vel meos offendas, quod te vel  
tuos, et restuas, et tuorum deinceps non

inquietem, et sic et absoluo te, et fide-  
iutores tuos, et quascunque cautio-  
nes mihi praestitas occasione supradicto-  
rum. Item promitto tibi, et tuis per sti-  
pulationem sub obligatione omnium  
bonorum meorum per me, et per meos  
supradictam donationem in feudum —  
prout dictum est a me tibi factam, et  
transactionem, vel compositionem su-  
pradictam me et meos semper et in-  
perpetuum ratam et firmam habere,  
et tenere per me et per meos, et in ali-  
quo de praedictis me vel meos contra  
non venire per nos, nec per aliquam  
interpositam personam vlllo loco vel  
tempore, aliqua iuris vel facti subtili-  
tate, vel aliqua ratione, et quod nec di-  
xi nec feci, nec dicam nec faciam per  
me vel per meos, vel aliquam interpo-  
sitam personam quominus praedicta va-  
leant, vel in futurum valere possint, et  
si quo iure scripto vel non scripto, diui-  
no vel humano, legali vel canonico,  
confecto vel conficiendo contra praedic-  
ta, vel aliquid de praedictis venire —  
possent

possent illi iuri et Rationi penitus  
renuncio, et ad maiorem cautellam  
haec omnia supra dicta singula et  
vniuersa me sic tenere, et contra non  
venire super Sancta Dei Euangelia  
iuro, et sic istis omnibus supra dictis  
prout supradictum est per actis Do-  
minus Comes dictum Arcambaldum  
induit, et inuestiuit feudo praedicto-  
rum tum Castrorum, cum tenemento  
eorundem, et dictus Arcambaldus ip-  
si Domino Comiti homagium fecit, et  
fidelitatem iurauit, sicut iuris et mo-  
ris est, et prout in talibus fieri consue-  
uit, quod ad maiorem firmitatem ha-  
bendam ego dictus Hugo Dei Gratia  
Comes Ruthensis hanc praesentem  
cartam cum alphabeto diuisam tunc  
sigillo meo facio sigillari. Item et nos  
Guillelmus de Barreria, et Aldebertus  
Garinj, et Bernardus centullj hanc  
praesentem cartam cum alphabeto  
diuisam cum sigillis nostris fecimus  
communiri. Actum vero fuit quod om-  
nia supradicta valeant iure transac-

tionis, vel compositionis si possint,  
si vero non valerent iure transactio-  
nis, vel compositionis, quod valeant  
iure donationis, vel per mutationis,  
vel causa cambij, vel ex causa alicuius  
contractus nominati, vel innominati,  
vel qualitercumque valere potest. Et  
hæc omnia acta fuerunt coram hospi-  
tali de alto braco. Testes huius rei sunt  
Lodovici, Guillelmus de Labarreria. Al-  
debertus varis, B. Centols fratre, R. de  
Salas, et Nestevies G. R. de Saunhac  
Batalabus, D. Mirabel Nestols de  
Batalaquier, Guillelmus Arnals de  
Seueirac, Guillelmus Arnals, R. Ma-  
urels, Durans de Rama L. de Rama,  
D. Girmas, merengarius cordura. B.  
Rossinhols Nabalza, Guillelmus  
Cadels. e. foris

Le dit lieu sur dix-huitième ou sur dix-neufième. Sur la  
première copie à être bien entendue et viduée et collationnée  
sur une copie originale écrite en parchemin qui est au  
trésor de la chancellerie du Roy en la ville de Rodos Invention  
en l'inventaire de la chancellerie. trésor et copie XXXVI au  
chapitre intitulé Rodos Pavinoz souz signé  
Estant en la ville de Rodos a la suite de Monsieur de

Doat conseil du Roy on deva condire et prendre en la  
chambre de compton de Navarre l'annam l'ir avost de la  
chambre de Bruges et trou. Juin en un forme Octobre d'année

Capot